Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·SIS·

12

ulnam suam & dedit ei potum. Cumque
ille bibisset, illa addidit: Quin etiam ca
melis tuis hauriam aquam donec cun
ti bibant. Festinans ergo hydriam in ca
nalibus recurrit ad puteum ut hau
riret aquam, & hausta omnibus came
lis dedit. Ille autem contemplabatur eam
tacitus, scire volens utrum prosperum fe
cisset iter suum dominus an non. Postquam
biberant cameli, protulit viro mauros
aureas appendentes siclos duos, & ar
millas totidem pondo siclorum x. Dixitque
ad eam: Cuius es filia? Indica mihi.
Est in domo patris tui locus ad manen
dum? Quae respondit: Filia bathuelis fi
lii melchae quem peperit nachor. Addidit
dicens: Paleae quoque & fenum plurimum
habemus, locus spatiosus ad manen
dum. Inclinavit se homo & adoravit
dominum dicens: Benedictus dominus deus domini
mei abraham qui non abstulit misericordiam
veritatem suam a domino meo. Me vero
me iter prosperatum adhuc dominum fratris
domini mei. Cucurrit itaque puella in do
mum matris suae omnia
quae audierat. Habebat autem rebecca
fratrem nomine laban. Qui festinus egressus
est ad hominem ubi erat fons. Cumque
vidisset mauros & armillas in manibus
sororis suae audisset cuncta verba reti
rentis: Haec locutus est mihi homo. Venit
ad virum qui stabat iuxta camelos
apud fontem aquae. Dixitque ad eum:
Ingredere benedicte domini cur foris stas? Po
paravi tibi diversorium & camelis locum
tuis. Introduxit eum in hospitium
ac detraxit camelis detulitque paleas
& fenum & aquam ad lavandos pedes
camelorum & virorum qui venerat cum eo.
Appositus est in aspectu eius panis. Qui
ait: Non comedam donec loquar sermo
nes meos. Respondit ei: Loquere. At ille: Ser
vus inquit abraham sum. Dominus bene
dixit domino meo valde magnificatus
est & dedit ei oves & bones argenti
& aurum, servos & ancillas, camelos & a

sinos. Peperit sara uxor domini mei filium
domino meo in senectute sua, deditque illi o
mnia quae habebat. Adiuravit me dom
inus dicens: Non accipies filio meo
uxorem de filiabus chanaan, in quorum
terra ego habito, sed domum patris mei proge
ris & de cognatione mea accipies uxorem fi
lio meo. Ego ito ad dominum meum. Quid
si noluerit mulier venire mecum? Dominus ait
meus, in cuius conspectu ambulo, mittet angelum
suum tecum & dirigit viam tuam, accipies
que uxorem filio meo de cognatione
mea & de domo patris mei. Innocens eris
a maledictione mea cum veneris ad
propinquos meos & non dederint tibi.
Veni hodie ad fontem & dixi: Domine
deus domini mei abraham si direxisti viam
meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta
fontem aquae & virgo quae egressa fuerit ad hau
rendam aquam audierit me: Da mihi
paululum aquae ad bibendum ex hydria
tua & dixerit mihi: Tu bibe & camelis
tuis hauriam: ipsa est mulier quam p
paravit dominus filio domini mei. Cumque h
mecum tacitus nolentem apparuit re
becca veniens cum hydria quae pen
debat in scapula. Descendit ad fontem
& hausit aquam. Ait ad eam: Da mi
paululum bibere. Quae festinans deposuit
hydriam de humero & dixit mihi: Tu bibe. &
camelis tuis potum tribuam. Bibi &
ad aquam camelos introduxit ea
& dixit: Cuius es filia? Quae respond: Filia
bathuelis sum filii nachor quem peperit
illi melcha. Suspendi itaque inaures ad
ornandum faciem eius & armillas po
sui in manibus eius, protulique adoravi
dominum benedicens domino deo domini mei abra
quem perduxisset me recto itinere ut sumerem filia
fratris domini mei filio eius. Quam obrem
si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo in
dicate mihi. Si autem aliud placet, vel di
cite mihi ut vadam ad dexteram sive ad si
nistram. Responderunt laban & bathuel: A domino
egressus est sermo & non possumus extra pla
citum eius quicquam aliud tecum loqui. En rebec